



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

XXII. Ioan. Trit. Ab. Spanhemensis, Ioanni Gryposio Artopœo, ciui  
Stauropolitano, amico clariss. salutem.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

LIARES

amantissimos tui hospites nostros frui contingeret. Misimus hunc famulam nostrum pro quibusdam negotiis ad Neometim & Sebach, cum quo si quid voles ad nos scribere, quam certissime poteris. Mox enim ad nos reuerfurus est Coloniam. Vale mi frater, & Deum pro nobis. E Colonia 12 die mensis Iulii. Anno Christianorum 1505.

XXI.

IOAN. TRITEM. ABBAS SPANH. DILECTISSIME IN CHRISTO filia Richmodi, abbatisse monasterii in Sebach, synceram in Domino charitatem.

10 QVAM PRIMVM mihi loquendi facultas cum Archiepiscopo Colonensium data fuit, quod secunda mensis Iulii die in Bunna contigit, causam patrimonii tui, quam habes cum Gufielmo milite de Horff fratre tuo in medium proposui, consilium simul & auxilium postulavi. Qui posteaquam bonam valetudinem ex me tuam audiuit, congratulatus est, omnemque operam adhibiturum suam promisit, vt aliquid paternae substantiae quantum fuerit possibile consequaris. Verum cum nihil fieri possit, nisi frater tuus fuerit in praesentia constitutus, rem omnem in Colonia distulimus, quo venturum sperabamus. Et quia comparuit minime, consilium est principis, vt aliquem in Colonia per literas procuratorem constituas, qui causam oportune coram eo sollicitet, fratre aliquando, quod saepe fieri consuevit, hic in Colonia personaliter constituto. Non est mihi dubium, quin archiepiscopus amore tui omnem facturum est in causa diligentiam quam pollicetur. 20 Constituas itaque coram scriba iurato quem volueris in Colonia procuratorem causae quem iudicaueris idoneum, nobisque mittas cum praesentium latore procuratorium. Hesternodie in monasterio tuo Machabeorum inuitatus a magistra prandium habui, & causam tuam magistro Heliae proposui, qui & ipse cooperaturum se pro viribus voluntarie promisit. Is mihi vna cum magistro Gisberto videretur non inutiles causae patronus eligendus. Salutant te magistra cœnobii, & soror Margareta de Dauerekhusen, Priorissa quondam in Sebach, caeteraque sorores tui amantissimae omnes. Literas ad te scribendas differunt vique ad meum de Colonia recessum. De meo statu & valetudine famulus iste meus certior te faciet. Vale Christi deuotissima virgo, nostri memor in sanctis orationibus tuis. 30 Colonia 16. die Iulii. Anno 1505.

XXII.

IOAN. TRIT. AB. SPANHEMENSIS, IOANNI GRYPOSIO ARTOPEO, cui Straupolitano, amico clarifs. salutem.

QVONIAM verum te nobis amicum semper exhibuisti Ioannes dulcissime, iuxta illud viri sapientis: omni tempore diligit qui amicus est. & frater in angustiis comprobatur, in finem perseverare contendis. Literis enim nos tuis non minus ornatis, quam dulcissimis quasi delectos animo, propter eam quam in nos a muli suscitauere contumeliam 40 amicissime consolaris: te quoque nobis corpore & substantia nunquam pro viribus defuturum promittis. Et quamuis animum nostrum penetraverit nulla deiectione, utpote qui spes nostras in tutiora locauerimus, omnes fortunae fauientis imperus patienter ferre pro spe mercedis futurae instituti, tibi tamen gratias ingentes habemus, qui verae amicitiae iura inuiolata custodis. Haec est enim perfecta amicitia integritas, quae non ex commodo lucri rei temporalis capit exordium, sed in Christi amore fundata virtutum aequalitate constat. Mulorum est falsis ornatus fucata & bestialis amicitia, qui felicitatis tempore pleni adulatione circumstrepunt, & in hora necessitatis nullus eorum comparat. Diuitiae namque, testante rege sapientissimo Salomone, addunt amicos plurimos: a paupere autem, & illi quos habuit, separabuntur. Fratres enim hominis pauperis oderunt, insuper & amici 50 procul recesserunt ab eo. Sed qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Dei derelinquit. Non est vera amicitia quae delectat amicum in necessitate constitutum. Vera autem iuxta diuum Hieronymum illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non utilitas rei familiaris, non praesentia tantum corporum, non subdola & palpans adulatio, sed Dei timor & diuinarum scripturarum studia conciliant. In amicis enim non res quaritur sed bona voluntas, quia & substantia saepe a non amicis praebetur: voluntatem vero bonam sola charitas amicitiae tribuit. Eadem namque velle & eadem nolle inter pares & bonos firma amicitia est, quae ubi manet nil facile creditur, nil facile recipitur, vt Chrysofomus ait, quod dissidium possit operari. Si vero semel inimicitiae occupauerint animos, omnia

Quae vera amicitia, & qua fucata.

Proverb. 16.

Vera amicitia quam raris.

HEMENSIS, ROGERO

am Neometim extem te rogare pro nauigando fortunam, & quid hinc Neometim 25. die mensis Iulii cum tuiusdã aliis familiaribus nobis exiimus. Postridie conuolantur, primus, & prima die mensis Iulii beatissimae Dei genitricis, semper achum Brandenburgensiu Machabeonibus prouisi munificentia Reuerentia vero die mensis Iulii conuolantur, cum sexaginta equitibus, quae tuit. Sexta die mane ipsius mensis hinc uenimus. Et nunc sumus hic milia vulgaris, Regem nostrum expeditio Sicambros. Continui habentur interce & concordia inter principem nos sentientes. Macharius abbas delectura sumptuum propter commoditiam, sed nemo est qui delectationem meam serenit. Marchionem perstate quam praestolar audientiam hic in hospicio mihi deputato ose ministratur, quae necessarii sunt viros eruditos atque philosophos habere iucundius. Inter quos orator, & poeta dulcissimus Iacobus deus, cum quo mihi bellum & continua spes, qui magna promittunt cum his Carmelitarum ex Gadoa Libomagi stri suae religionis de Anglice. Georgius Sibuthus poeta, uocatur eniosus. Ioannes Capellanus humanus, eruditus & profundus philosophicissimi viri. Tempore breuius legit perfecte, competentem in spatio Graecus discipulis, & non inegalantes scripsit epistolae. & de variis scripturarum locis habere licuisset, quo ingenio no